

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Sententiae generales de opusculis Hieronymi etc. - Cod.
Aug. perg. 177**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9.-10. Jh.]

Ad vigilantium

[urn:nbn:de:bsz:31-12948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-12948)

Suas electionis interdum stupet admysteria scripturarum sicut
 ait demelchisedech. sup quomultus nobis sermo est & interpretabi
 lit. & alibi. O altitudo diuitiarum sapientie & scientie di & reliqua.
 Quanto magis nos uermiculi & pulices. solam debemus scientiam
 in scientia confiteri. **ITEM AD VIGILANTIUM**

CLER

Sicut ad proprias iniurias patientes ee debemus. Ita si aliquem uide
 rimus in iniuriam di ore sacrilego blasphemantem. illic tenere
 patientiam non debemus. sed resistere sacrilego. & os blasphemum ue
 ritatis responsione dampnare. recordantes scam inexcundiam. auste
 ritate heliae. Zelum simonis cananei. petri seueritatem Annaniam
 & saphiram trucidantis. pauliq; constantiam qui helenium magum ui
 is dni resistentem aeterna caecitate dampnauit. Non est enim crude
 litas pro do. sed pietas. Quisq; multorum tractator legit opuscula
 debet ee sicut probatus nummularius. ut si quis summus adulter est
 & figuram caesaris non habet. nec signatus moneta publica reprobetur.
 Quia autem xpi faciem claro preferat lumine in cordis marsupio recon
 datur. Non enim preiudicata doctoris opinio. sed doctrinae notio
 ponderanda est. sicut scriptum est. Omnia probate. quod bonum est tene
 te. hoc tamen de commentatoribus dictum est. non de canonicis scriptu
 ris quib; indubitata fides conuenit adhiberi. Quidam officium
 clericatus. genus antiq; militiae putant. & lucro seculi in xpi querunt
 militia. Hospicium clerici aut raro aut nunquam mulieru pedes

GEN

SACRO

CLER

CLER

CLER

CLER

tenent; omnes puellas & uirgines xpi. aut aequaliter diligat. aut aequaliter ignoret; Numquam sub eo tecto maneat. nec in p[ro]p[ri]a castitate confidat. quia nec dauid sanctior. nec salomone potest e[ss]e sapientior.

CLER

Et grotanti clerico s[er]u[us] quilibet frater assistat. & germana ut mater aut p[ro]bat[us] quaelibet apud omnes fidei. Periculosae ei ministret. cuius uultum frequenter attendit; scim[us] quosdam conualuis se corpore. & anima aegrotare coepisse. Si clerico p[ro]p[ri]e officium suum. aut uirgo aut uirgo requirenda est. Numquam solus intro eat. talesq[ue] habeat socios quorum contubernio non infametur. Id est qui non uestib[us] sed morib[us] ornentur. Solus cum sola & absq[ue] arbitris non sedeat. Caueat omnes suspiciones.

SACR

Et quicquid p[ro]babiliter fingi potest. ne fingatur antequam. Gloria ep[iscop]i est pauperum opib[us] providere. Ignominia omnium sacerdotu[m] propriis studere diuitiis. Frequenter multis sudorib[us] hereditas cassa expellitur. minori labore margaritum xpi emi poterit. Non confundant opere sermonem doctoris. ne forte cum in ecclesia loqui coeperit. tacitus quilibet respondeat. Cur haec ipse non facis. Delicatus magister est. qui pleno uentre de ieiuniis disputat. Accusare auariciam & latro potest. sacerdotis autem mens sensusq[ue] concordet. Et p[ri]m[us] sacerdot[us] s[er]u[us] e[ss]e non dominos. Honorent clericos quasi clericos. ut & ipsis a clericis. quae ep[iscop]i sunt deferantur. Scitum est illud oratoris dominici. Cur ego te inquit habeam ut principem. cum tu me non habeas ut senatorem. quod aaron & filios eius. hoc ep[iscop]um & p[ro]bros nouerimus. Unus d[omi]n[us]. unum

CLER

SACR

SACR

28
templum. unum sit & iam sacerdotium. Recordemur semper quid apostolus
petrus precipiat sacerdotibus: dicens. pascite eum qui in uobis est gregem
domini prouidentes non coactos sed spontaneae secundum dominum. neque turpis lucri
gratia. sed uoluntari e. neque ut dominantes in clericis. sed forma facti
gregi. Sermo sacerdotis scripturarum sale conditus sit; loquente eo
in ecclesia non clamor populi. sed gemitus suscitetur; lacrimae auditorum.
Laudes eius sunt. Verba uoluerit & celeritate dicendi. apud imperitum
uulgus admirationem sui facere indoctorum hominum est. Ad trita frons
interpretatur sepe quod nescit. & cum aliis sua serit sibi quoque usurpat
scientiam. Nihil tam facile quam uilem plebiculam & indoctam conci
onem linguae uolubilitate decipere? quae quicquid non intellegit plus mi
notur. Sunt qui pauperibus rem pauperum tribuunt. ut amplius accipi
ant. & sub praetextu elemosinae quaerunt diuitias. quae magis uenatio
appellanda est quam elemosina? Sic bestiae sic aues capiuntur & pisces. mo
dica in hamo esca pontur. ut matronarum in eos saeculi pro rogentur.
Melius est non habere quam tribuam. quam impudenter polere quod dem.
Multa aedificant parietes. & columnas ecclesiae subtrahunt; marmore
nitent. auro splendent laquearia. gemmis altare distinguunt. & minist
rorum christi nulla electio est. Non ores in angulis platearum. per ectum
iter precum tuarum. frangat aures popularis. Melius est enim dominum habere
factorem quam aspectus hominum. Habes prudentiam. iustitiam.
temperantiam. fortitudinem. His plagis caeli includere. haec te quadrigae

SACR

MON

CLER

SACR

CLER

CLER

CLER

uelut aurigam xpi ad me tam concitum fueret. Nihil in hoc mundo
preliosius. nihil hac gemmarum uarietate distinctius. Ex omni par-
te decoreris cingeris atque protegeris. & ornamento tibi sunt & tuta-
mina. & gemmae uertuntur in scuta. Caue ne aut linguam aut aures
habeas prurientes. Id est ne aut ipse alius detrahas. aut alios audias
detrahentes. Neque uero illa iusta est excusatio. referentibus alius iniu-
riam facere non possum. nemo in uito auditori libenter refert. Sagitta
in lapidem numquam figit. interdum resiliens percutit dirigentem; Dis-
cat obtrektor dum te uidet non libenter audire. non facile detrahere.

CLER

Stude non solum oculos tuos custos seruare. sed & linguam. Numquam
de formis mulierum disputes. nec alia domus quid agatur in alia per te
nouerit. Homo religiosus omnium xpianorum domos debet amare quasi
pprias. & ita se agere. ut consolatore eum potius in meroribus suis quam conui-

SACR

CLER

CLER

uiam in prosperis nouerit. Facile contemnitur clericus. qui saepe uocatus
ad prendendum ire non recusat. Numquam proleptes. uero accipiamus ro-
gatu. nescio quo enim modo & iam ipse qui deprecatur ut tribuat. & mirum
modum cum acceperis uiliorem te iudicat. & mirum in modum. si rogantem

CLER

SACR

contempseris. plus mixtur. Vir religiosus procurator & dispensator
domorum alienarum atque uillarum esse non potest. qui & iam proprias iubet
contempere facultates. Amico quippiam recipere turpe est. ecclesiae fructu
dare sacrilegium est. Accepisse pauperibus erogandum & esurientibus
plurimis. ut cautum uelle esse uel timidum aut quod aptissimi sceleris est.

29
aliquid inde subtrahere omnium peccatorum crudelitatem superet. Ego fa-
me torqueor. & tu iudicas quantum uentri meo satis sit. Aut diuide sta-
tim quod acceperis. aut sitim idus dispensator es. dimitte largitori ut sua
ipse distribuatur. Nolo sub occasione mea sacculus tuus plenus sit. Nemo
melius mea seruare potest. Optamus dispensator est. qui nihil sibi reser-
uat. Uae illi homini qui uestem non habens nuptialem ingreditur ad caenam.
nihil superest nisi statim audiat. Amice quomodo huc inuesti. & illo obmu-
tescente dicat ministris. Ligate illum manibus & pedibus & mittate illum in
tenebras exteriores ibi erit fletus & stridor dentium. Uae illi qui accep-
tum talentum in sudario ligans celeris lucra facientibus. hoc tantum quod
acceperat reseruauit. Illico indignantis domini clamore feritur. Serue
nequam quare non dedisti pecuniam meam ad mensam. & ego ueniens cum
usuris exegissem eam. id est deposuisses ad altare quod ferre non pote-
ras. Dum enim tu ignauus negotiator denarium teneris. alterius locum
qui pecuniam duplicare potuit occupasti. Sicut is qui benemini straxerit bo-
num gradum sibi acquirit. Ita qui indigne ad calicem domini accedit. reus
erit corporis & sanguinis domini. Non facit ecclesiastica dignitas. christianum.
Cornelius centurio adhuc aethnicus dono sancti spiritus inundatur. Presbiter
ros danhel puer iudicat. Amos roborum more distinguens repente
propheta est. Dauid pastor eligatur in regnum. minimum discipulorum
ihesus amat plurimum. Inferius fixerit accumbens. ut minore ueniente.
sursum iubeatur ascendere. Super quem requiescit dominus nisi super humile.

CLER

CLER

CLER

CLER

aliquid & tremementem uerba sua; Cui plus creditur plus ab eo exigitur.
& potentes potenter tormenta patiuntur. Non est facile stare loco pauli.
tenere gradum petri iam cum xpo regnantium. ne forte ueniat angelus
qui scindat uelum templi tui. qui candela brum tuum de loco moueat. Aedi-
ficaturus turrem futuri operis prius sumptus supputa. In fatuatum sal ad
nihilum uale est. nisi ut mittat foras & a porcis conculcetur. Monachus
si ceciderit. onerabitur pro sacerdote. pro sacerdote lapsu quis rogaturus est. De
trimentum pecoris. pastoris ignominia est.

ITEM AD DAMASUM

Beatitudinis tuae interrogatio. disputatio fuit. & sic quaesisse quaeren-
dam uiam. est dedisse quaesitis. Perdit auctoritatem dicendi. cuius
sermo opere destruitur. Innocens absque sermone conuersatio sacerdotis.
quantum exemplo prodest. tantum silentio nocet. Latro tu enim canis & ba-
culo pastoris. luporum uerbis deterrenda est. Uinolentia scurrorum & commes-
satorum est. non sacerdotum. In uino enim luxuria. in luxuria uoluptas. in
uoluptate impudicitia est. Non moritur. quisque uicturus occiditur.

SENTENTIAE CLERICALES ET MONACHILES

Refert ambrosius origeniem numquam cibum sine lectione sumpsisse.
numquam uenisse somnum nisi unus esset tribus sacris litteris personam.
hoc eundem diebus egisse ut noctibus. ut electio orationem suscipere. & or-
atio lectionem. Quid nos uentris animalia tale unquam fecimus. uel quos
si secunda hora legentes inuenerit. oscitatus manu faciem defricantes.

CLER

CLER

SACR

SACR

SACR

SACR

MARTYR